

S. OLAVS NORVAGIAE REX.



**S**anctus Olavus filius fuit Haraldis Grenskæ vi-  
ri fortissimi. Hic à primis adolescentiæ annis  
mores suos ita ad omnem probitatem accommo-  
davit, ut facile omnibus persuaderetur, Rempubli-  
cam Noruegianam aliquando eius ductu in pristi-  
nam dignitatem & libertatem restituendam fore.  
Totus enim eius conatus eò contendit, ut pieta-  
tem omnes colerent, & exterorum tyrannidē ab-  
ijcerent. Itaq; ab indigenis rex declaratus magnis  
copijs Olao Sueonum regi, qui Noruegiam prius  
occuparat, bellum intulit. Cum etiam nihil inter-  
mitteret quod ad optimi ducis & fortissimi mili-  
tis officium pertineret, tandem Danos eò redegit

ut cum eo pacem facerent, atque Olavus rex ei filiam suam uxorem daret, re-  
gno Noruegiano dotis nomine oblato. Postea ad religionis veræ incremen-  
tum animum contendit.